non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesente personali
Recognitione ad praemissa omnia mediante

Idem Wysoczanskiey Obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus
Premyslien Nobilis Wasko Wysoczanski Andreykowicz sanus mente et corpore
exemptus a terminis Dictibus Juribus Jurisdictioni Suis quibus ab propriis et Competentibus
recedendo Sequenti vero Castren Capitli Premyslien Jurisdictioni quoad actum praesentem
attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando et subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia
ipse Bona sua propria et hereditaria infrata nempe Subditos Andream
Kolunczki cum filiis Illius et Olexa Jacko Kleban Luc Procopium Matiouey Ko-
wac Demetrium Kowac cum eorundem Subditorum Agris Pratis attinentiis
et pertinentiis generaliter Universis in bonis Villae Wyzne Wysockie certo sortis
Sui Recognoscentis propriae et hereditariae existentibus et Iure hereditario inhabitan
Chmetones Terra et Districtu praesenti Premyslien jacent Cum omni Commissorum
Iure dominio proprietate titulo obligando Cumque omnibus et singulis Subditorum
eorundem Laboribus Censibus dationibus vecturis muniis officiis et obsequiis quibus-
vis. Nihil ex eisdem Subditis et bonis eorundem Iuribus dominio proprietatis
ac quibusvis Competentiis et praerogativa pro se Recognoscente Suisque Successoribus aut alio
quospiam reservando et excipiendo verum prout praemissa omnia ipsemet Recognoscens
tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem serviebant Jam
exnunc et de facto Nobili Nastasiae Hoszowska Nobilis Petri Wysoczan-
ski Consorti Legitimae et eius posteris in Summa Quingentorum Sexaginta Trium florenorum
Polonicorum hinc et ab actu praesenti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in An-
no proxime venturo incidens et in defectu protunc bonorum eorundem exem-
ptionis et Summae praefatae totalis et integrae persolutionis extunc de anno ad
Annum festo ad festum Annis et festis Sese continue et immediate Sequen
usque ad exemptionem praefatorum Subditorum et bonorum ipsorum ac Summae praefatae
totalem ac indivisam persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit prout praesentibus
sentibus obligat inscribit et invadiat in easdemque bona praesentibus obligata idem Re-
cognoscens Nobilis Wasko Wysoczanski memoratae Nobili Nastasiae Wyso-
czanska Obligatrici suae et eius Successoribus iam exnunc et de facto coram
Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit
officiose accepturam Per ipsam Nobilem Nastasiam Wysoczanska et eius
Successores Subditos praefatos ac bona ipsorum praesentibus obligata cum universis
Utilitatibus et emolumentis Competentiisque et praerogativa quavis tenendi
habendi et possidendi bonisque ipsorum quiete et pacifice utifruendi ad tempus

1212 Suos et suorum Succorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi modo actiuis obligand. Debeq et tenebit memorat. Recogn. Nobilis Wasko Wysoczanski prout se ac suos Succores in et super bones Suis generalr absq ac summis pecuniar quibusuis habitis et habend memoratae Nobili Kastasiae Wysoczanska Obligatarici Suae et eius Succor. inbit et obligat pntibq ipsam et eius Succores in dictis bonis ac Subdits pfatis pntibq obligatis et rone eorundem ab omni et quavis impetione iuridica quarumcunq Personarum cuiuscunq Condion. Status et Sexus existent. eorunda in omni Iudio et Offio Regni semper locis quocs opus fuerit liceri defendere euincere intercedere et eliberare indemnemq cum pone reddere. Necnon bona pfata pmissaq omnia pnt. obligata ab omnibq in genere Iuribus et Inscriptionis oneribus et Portenoribus super pmissa omnia modo quovis cuipiam Personarum factis et faciend Tum etiam a quibusuis pstationibus super pmissa omnia importatis et importand Licnis denicq et Perlucnis Processibus iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu Iuris dependent in quovis Iudio et Offio Regni obtentis et obtinend ac super pmissis omnibq pnt obligatis perduct et perducend emundare et eliberare mundaq et libera semper facere ac etiam Introductam pfatam coram Offio pnte demissam in fundo bonorum pfatorum pntibus inuadiat dum per Ministerialem et Nobiles offiqs requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere dataq et admissa eadem possonem et usumfructum pfatorum omnium quovis modo tam per seipsam per suas quasuis submissas et subordinatas Personas non ppedire nec adimere ipsamq Obligatricem Suam Nobilem Nastasiam Wysoczanska et illius Succores in pmissis omnibus pnt obligat nullo modo inuinare Ita ut pfatos Subditos ac bona ipsa pmissaq omnia pntibus inuadiata eadem Obligataria Sua cum suis pottis quiete et pacifice pntis Inscriptionis Obligatariae vigore tenere habere et possidere queat et possit usq ad exemptionem pfatorum Subditorum ac bonor ipsorum Summaeq pfatae totalis et integrae realem persolutionem Idqs sub Vadio Similis Summae Quingentorum Sexaginta Trium florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Nobilem Wasko Wysoczanski vel eius Succores pfatae Nobili Nastasiae Wysoczanska Obligatariq Suae aut illius Succores ob non completionem pmissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluend Succumbendo Pro quo quidem Vadio modo pmisso ad soluend Succubito ac re aliqua principali ex pmissis non completa complenda Citatus ex rone memoratus Recognoscens Nobilis Wasko Wysoczanski aut eius Succores ad Iu-

Stanka[?]

stantium memoratae Nobilis Nastasiae Wysoczanska vel eius Successorum Ad Officium praesens Castren' Capitan' Premyslien' extunc Regestru supratis quo ad iudicandum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare comparere iudere Vadium praetactum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inobit et obligat praesentibus Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequent' Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Electorem vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differen' ad Successionem praeterea ultra primos Officij praefati Castren' Premyslien' terminos dilationem sibi non recipien' Nul. Lasque Motiones Appellationes ac earum prosecution' faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praetensione temporis belli Conventionesque ac alys quibusvis Juris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premislien' feria Quinta post festa Solemnia Sacri Pentecosten proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto 20/V

Dobrzanski Filys suis Cedit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren' Capitan' Premyslien' Nobilis Joannes Dobrzanski sanus mente et corpore exens a Terrestribus Iudicibusque Jurisdictionique suis quibusvis propriis et competentibus recedens Praesenti vero Castren' Capitan' Premyslien' Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet Se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit sua ipse inhaerendo Licentiae consentiente Sacrae Regiae Maiestatis sibi Recognoscenti super Bona infrascripta cedend' collatis Quarum Literarum manu Sacrae Regiae Maiestatis subscript' et Sigillo Ma... ionis Cancellariae Regni communitarum tenor est talis.

Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae Smolensciae Czerniechoviaeque Necnon Suecorum Gothorum Vandalorumque Haereditarius Rex.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis consensisse Nos et permisisse consentireque et permittere praesentibus Literis Nostris Nobili Joanni Dobrzanski ut possit et valeat de omni Jure suo Advitalitio